

cognitam<sup>1</sup>, ut eam totam in eo volumine exposuerit quo magistratus ornavit<sup>2</sup>. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi romani, quæ non in eo<sup>3</sup>, suo tempore<sup>4</sup>, sit notata: et, quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit<sup>5</sup>, ut ex eo clarorum virorum propagines<sup>6</sup> possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris, ut, M. Bruti rogatu, Juniam familiam a stirpe ad hanc ætatem<sup>7</sup> ordine enumeraverit, notans qui, a quo ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset. Pari modo Marcelli Claudii, Marcellorum<sup>8</sup>, Scipionis Cornelii et Fabii Maximi, Fabiorum et Æmiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poetice<sup>9</sup>: credimus, ne ejus expers esset suavitalis<sup>10</sup>. Namque

<sup>1</sup> *Quam adeo diligenter habuit cognitam.* De la cual tenia tanto conocimiento.

<sup>2</sup> *Magistratus ornavit.* Ilustró las magistraturas.

<sup>3</sup> *In eo.* En aquel libro.

<sup>4</sup> *Suo tempore.* Segun el órden de los tiempos.

<sup>5</sup> *Subtexuit.* Entretejió.

<sup>6</sup> *Propagines.* Líneas, genealogías.

<sup>7</sup> *A stirpe ad hanc ætatem.* Desde su tronco hasta nuestros días.

<sup>8</sup> *Marcelli Claudii, Marcellorum, etc.* Sup. rogatu después de cada una de estas palabras.

<sup>9</sup> *Attigit quoque poetice.* También se dió algun tanto á la poesía.

<sup>10</sup> *Ne ejus expers esset suavitalis.* Para no quedar privado de su dulzura.

versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros romani populi præstiterunt, exposuit<sup>1</sup>; ita ut, sub singulorum imaginibus<sup>2</sup>, facta magistratusque eorum non ampliùs quaternis quinise versibus<sup>3</sup> descriperit: quod vix credendum sit; tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam unus liber, græcè confectus, de consulatu Ciceronis. Hactenus, Attico vivo, edita hæc a nobis sunt<sup>4</sup>.

## CAPÍTULO XIX.

Atico mereció, por sus virtudes y urbanidad, el honor de emparentar con el emperador Octavio.

Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse<sup>5</sup> voluit, reliqua persequemur<sup>6</sup>; et, quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores plerumque conciliare<sup>7</sup> fortunam. Namque hic, contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris divi Julii filii, quum jam antè familiaritatem ejus esset consecutus nullá aliá re, quàm ele-

<sup>1</sup> *Versibus.... exposuit.* Celebró en verso.

<sup>2</sup> *Sub singulorum imaginibus.* Al pié de los retratos de cada uno.

<sup>3</sup> *Quaternis quinise versibus.* En cuatro ó cinco versos.

<sup>4</sup> *Hactenus, Attico vivo, edita hæc a nobis sunt.* Todo lo hasta aquí dicho lo publicó en vida de Atico.

<sup>5</sup> *Superstites ei esse.* Que yo le sobreviviese.

<sup>6</sup> *Reliqua persequemur.* Proseguiré lo que resta.

<sup>7</sup> *Conciliare.* Hacer propicia.



gantiâ vitæ<sup>1</sup>, quâ ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortunâ humiliorē<sup>4</sup>. Tanta enim prosperitas Cæsarem est consecuta<sup>2</sup>, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam antè detulerit, et conciliarit<sup>3</sup> quod nemo adhuc civis romanus quivit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippâ, cui virginem filiam collocarat<sup>4</sup>. Hanc Cæsar vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni, Drusillâ nato, privigno suo<sup>5</sup>, despondit: quæ conjunctio necessitudinem<sup>6</sup> eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiore.

## CAPÍTULO XX.

Las relaciones íntimas de Atico con Octavio no se disminuyeron con motivo de la poca armonía que reinaba entre Octavio y Antonio.

Quamvis ante hæc sponsalia non solum, quum ab urbe abesset, nunquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret<sup>7</sup>, im-

<sup>1</sup> *Elegantia vitæ, quâ, etc.* Por el porte de su vida, con el cual se había granjeado la gracia de los otros principales de Roma de mérito igual á César, pero inferiores en fortuna.

<sup>2</sup> *Tanta enim prosperitas Cæsarem est consecuta.* Porque la fortuna favoreció tanto á Augusto.

<sup>3</sup> *Conciliarit.* Y le granjeó.

<sup>4</sup> *Cui virginem filiam collocarat.* Con quien había casado una hija suya doncella.

<sup>5</sup> *Privigno suo.* Hijastro suyo.

<sup>6</sup> *Quæ conjunctio necessitudinem, etc.* El cual parentesco afianzó mas la estrecha amistad entre Atico y Octavio, é hizo mas frecuente su trato.

<sup>7</sup> *Quid ageret.* Preguntándole en qué se empleaba.

primis quid legeret, quibusque in locis et quamdiu esset moraturus; sed etiam, quum esset in urbe, et propter suas infinitas occupationes minus sæpe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies [tamen] temere intercessit<sup>4</sup>, quo non ad eum scriberet; quum modò aliquid de antiquitate ab eo requireret, modò aliquam ei quæstionem poeticam proponeret, interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas<sup>2</sup>. Ex quo accidit, quum ædis Jovis Feretrii, in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuriâ detecta<sup>3</sup> prolaberetur, ut, Attici admonitu, Cæsar eam reficiendam curaret. Neque verò ab M. Antonio minus absens litteris colebatur; adeo ut accuratè ille ex ultimis terris<sup>4</sup>, quid ageret, quid curæ sibi haberet, certiore faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is qui judicare poterit, quantæ sit sapientiæ<sup>5</sup>, eorum retinere usum benevolentiamque<sup>6</sup>, inter quos maximarum rerum non solum æmulatio<sup>7</sup>,

<sup>4</sup> *Nullus dies tamen temere intercessit.* Sin embargo no se le pasó ni aun por descuido dia alguno.

<sup>2</sup> *Interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas.* Chanceándose á veces para hacer con esto que le escribiese mas largo.

<sup>3</sup> *Detecta.* Sin techo.

<sup>4</sup> *Ex ultimis terris.* Estando al cabo del mundo, en los países mas distantes.

<sup>5</sup> *Quantæ sit sapientiæ.* Cuanta cordura es menester.

<sup>6</sup> *Eorum retinere usum benevolentiamque.* Para conservar el trato y correspondencia de aquellos dos sugetos (de César y Antonio).

<sup>7</sup> *Maximarum rerum æmulatio.* La competencia sobre los intereses de la mayor importancia.



sed obtrectatio tanta<sup>1</sup> intercedebat, quantam fuit incidere necesse<sup>2</sup> inter Cæsarem atque Antonium, quum se uterque principem non solùm urbis Romæ, sed orbis terrarum esse cuperet.

## CAPÍTULO XXI.

Atico, siendo ya viejo y enfermo, manifesta á su yerno y á sus amigos la resolucion que habia hecho de abreviar el término de sus padecimientos.

Tali modo quum septem et septuaginta annos complisset, atque ad extremam senectutem non minùs dignitate quàm gratià fortunàque<sup>3</sup> crevisset (multas enim hereditates nullà alià re quàm bonitate est consecutus), tantàque prosperitate usus esset valetudinis, ut annis triginta medicinà non indignisset, nactus est morbum<sup>4</sup>, quem initio et ipse et medici contempserunt: nam putarunt esse tenesmon<sup>5</sup>, cui remedia celeria faciliaque<sup>6</sup> proponebantur. In hoc quum tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat<sup>7</sup>, consumpsisset, subitò

<sup>1</sup> *Obtrectatio tanta.* Un tan grande empeño en desacreditarse por envidia el uno al otro.

<sup>2</sup> *Quantam fuit incidere necesse.* Como fué preciso que hubiese.

<sup>3</sup> *Non minùs dignitate quàm gratià fortunàque.* No menos por su mérito que por su crédito y fortuna.

<sup>4</sup> *Nactus est morbum.* Cayó en una enfermedad.

<sup>5</sup> *Tenesmon.* Cámaras ó pujo de sangre.

<sup>6</sup> *Celeria faciliaque.* Prontos y caseros.

<sup>7</sup> *Præterquam quos ex curatione capiebat.* Que los que ocasionaba la cura.

tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit<sup>1</sup>. Atque hoc priusquam ei accideret, postquam in dies<sup>2</sup> dolores accrescere, febresque accessisse sensit, Agrippam generum ad se arcessi jussit, et cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum. Hos ut venisse vidit, in cubitum innixus<sup>3</sup>: « Quantam, » inquit, curam diligentiamque in valetudine meà » tuendâ hoc tempore adhibuerim, quum vos testes » habeam, nihil necesse est pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, ut spero, satisfeci, me » nihil reliqui fecisse<sup>4</sup>, quod ad sanandum me pertineret, reliquum est ut egomet mihi consulam. » Id vos ignorare nolui: nam mihi stat<sup>5</sup> alere morbum desinere<sup>6</sup>. Namque his diebus quidquid cibi » potionisque sumpsi, ita produxit vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis peto, » primùm ut consilium probetis meum, deinde ne » frustra dehortando<sup>7</sup> conemini. »

<sup>1</sup> *Subitò tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit.* Se le puso de repente tan malo el intestino recto, que al fin se le abrió en los riñones una fistola apostemada.

<sup>2</sup> *In dies.* De dia en dia.

<sup>3</sup> *In cubitum innixus.* Recostándose sobre el codo.

<sup>4</sup> *Me nihil reliqui fecisse.* Que no he dejado cosa por hacer.

<sup>5</sup> *Mihi stat.* Estoy firmemente resuelto.

<sup>6</sup> *Desinere.* A dejar de dar mas cebo á mi enfermedad (comiendo y alargando mi vida).

<sup>7</sup> *Dehortando.* En persuadirme.



## CAPÍTULO XXII.

Atico muere despues de haberse abstenido de comer por espacio de dos dias : su sepultura.

Hac oratione habitâ, tantâ constantiâ vocis atque vultûs<sup>4</sup>, ut non ex vitâ, sed ex domo in domum videretur migrare, quum quidem Agrippa eum flens atque osculans oraret atque obsecraret « ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoque sibi acceleraret; et, quoniam tum quoquâ posset temporibus superesse<sup>2</sup>, se sibi suisque reservaret; » preces ejus taciturnâ suâ obstinatione depressit<sup>3</sup>. Sic quum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit, leviorque morbus esse cœpit<sup>4</sup> : tamen propositum nihilò seciùs peregit<sup>5</sup>. Itaque die quinto, postquam id consilium inierat, pridie kalendas apriles<sup>6</sup>, Cn. Domitio, C. Sosio consulibus, decessit. Elatus est<sup>7</sup> in lecticulâ, ut ipse præscripserat, sine ullâ pompâ funeris, comitantibus omnibus bonis, maximâ vulgi

<sup>4</sup> *Tantâ constantiâ vocis atque vultûs.* Tan entero en el semblante y voz.

<sup>2</sup> *Posset temporibus superesse.* Podia aun vivir algun tiempo mas.

<sup>3</sup> *Preces ejus taciturnâ suâ obstinatione depressit.* Atajó sus ruegos con un porfiado silencio.

<sup>4</sup> *Febris decessit, leviorque morbus esse cœpit.* Quedó sin calentura, y empezó á mejorarse algo.

<sup>5</sup> *Tamen propositum nihilò seciùs peregit.* Sin embargo no por esto dejó de llevar adelante su intento.

<sup>6</sup> *Pridie kalendas apriles.* El dia 31 de marzo.

<sup>7</sup> *Elatus est.* Fué llevado á enterrar.

frequentia<sup>4</sup>. Sepultus est juxta viam Appiam<sup>2</sup>, ad quintum lapidem, in monumento Q. Cæciliî avunculi sui.

## FRAGMENTOS.

*Epistola Cornelie matris Gracchorum.*

Dices pulchrum esse inimicos ulcisci : id neque majus neque pulchrius cuiquam atque mihi esse videtur, sed si liceat republicâ salvâ eos persequi. Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque, uti nunc sunt, erunt potiùs, quàm respublica profligetur atque pereat.

Verbis conceptis dejerare ausim, præterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum molestiæ tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse; quem oportebat omnium eorum, quos antè habuerim liberos, partes tolerare, atque curare ut quàm minimùm sollicitudinis in senectâ haberem; utique, quæcumque ageres, ea velles maximè mihi placere, atque uti nefas haberes rerum majorum adversum meam sententiam quidquam facere. Præsertim mihi, cui parva pars vitæ superest,

<sup>4</sup> *Maximâ vulgi frequentia.* Con gran concurso del pueblo.

<sup>2</sup> *Juxta viam Appiam.* Junto á la via Apia.



ne id quidem tam breve spatium potest opitulari, quin et mihi adverseris, et rempublicam profliges. Denique quæ pausa erit; ecquando desinet familia nostra insanire? ecquando modus ei rei haberi poterit? ecquando desinemus, et habentes et præbentes, molestiis desistere? ecquando perpudescet miscendâ atque perturbandâ republicâ? Sed si omnino id fieri non potest, ubi ego mortua ero, petito tribunatum; post me facito quod lubebit, quum ego non sentiam. Ubi mortua ero, parentabis mihi, et invocabis deum parentem. In eo tempore non pudet te eorum dedm preces expetere, quos, vivos atque præsentis, relictos atque desertos habueris? Ne ille sirit Jupiter te ea perseverare, nec tibi tantam dementia venire in animum! Et, si perseveras, vereor ne in omnem vitam tantum laboris culpâ tuâ recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

(*Ex libro de latinis historicis.*)

---

*De laude Ciceronis.*

Non ignorare debes, unum hoc genus latinarum litterarum adhuc non modò non respondere Græciæ, sed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum. Ille enim fuit unus, qui potuerit et etiam debuerit historiam dignâ voce pronuntiare; quippe qui oratoriam eloquentiam, rudem a majoribus acceptam, perpoliverit; philosophiam, ante eum incomptam, latinam suâ conformaverit oratione. Ex quo dubito, interitu ejus utrùm res publica an historia magis doleat.

.....  
 Locuples ac divina natura, quò majorem sui pareret admirationem, ponderatioraque sua essent beneficia, neque uni omnia dare, nec rursus cuiquam omnia voluit negare.

(*Ex libro de historicis latinis [?].*)

---

*Epistola ad Ciceronem.*

Tantum abest ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistros vivendi, quàm plerisque qui in eâ disputandâ versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in scholâ de pudore et continentia præcipiant argutissimè, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere.

(*Liber I [?] epistolarum.*)

FINIS.